Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Et ab insurgentib⁹ in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me. Propter hoc confite
bor tibi in nationib⁹ dñe: et nomini tuo psal
mum dicam. Magnificans salutes regis eius:
et faciens misericordiam xpo suo dauid: et se
mini eius usq; in seculum. psalmus dauid.

18 Celi enarrant gloriam dei: et opa manu
um eius annunciat firmamentum. Dies
die eructat verbum: et nox nocti indicat scia
m. Non sunt loquele neq; sermones: quo
rum non audiantur voces eorum. In omnem terram
exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba
eorum. In sole posuit tabnaculum suum: et ipse
tamq; sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam:
a summo celo egressio eius. Et occursus eius usq;
ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore
eius. Lex dñi immaculata conuertens animas: testi
monium dñi fidele sapientiam prestans pusillis